

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

LXXVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

Argentorati, die XXIII. Junii, Divi Joannis festo. Anno à Christo nato
M. D. LVI.

Fr. Hotomanus.

LXXVII.

Clarissimo viro, D. Doctore Tuppio, Argentorati.

D. Tuppi: sperabam fore, ut te nudinis istis coram salutarem, simulque D. Lubecium, quod literis facere cogor, cum domum relinquere non potuerim. Mitto etiam meas nudinas Francofurtum, quarum exemplar unum tibi, alterum D. Lubecio velim jubeas peti Francofordii à meo procuratore. Rogo etiam obnoxè, ut D. Sturmium commonefacias ejus, quod mihi pollicitus erat, nimirum si aliquem numerum mitterem exemplarium libri, qui vocatur Tragediæ selectæ, se curaturum, ut in schola prælegeretur, nisi enim jam ante multos menses magnum numerum, eo promisso fretus: interim ibi jacent. Virioto permisi, si prælegentur, ut scholasticis minueret precium. Vale, & hanc literarum mearum præcipuam brevitate, excusata habe. XIII. Mart.

Dn. Lubecium meis verbis salute plurimâ impertiatis velim.

Tuus ex animo

Henr. Steph.



LXXVIII.

Eidem.

S. Cum hic civis noster ad vos iter faceret, non existimavi committendum, ut sine meis literis istuc veniret. Filii tui, quæ conditio sit, ex ipsius, sat scio, epistola cognosces. Vivit cum viro optimo Senatorii ordinis, cujus gratia & autoritate futurum spero, ut brevi publicam aliquam apud nos functionem adipiscatur. Favet enim ipsi plurimum Præclarus ille vir, & conciliat ipsi animos etiam ceterorum Magnatum, qui plerique omnes ei vel consanguinei vel affines sunt. Debitum Gallicanum Domini Sturmii p. m. quod exigere statueram, minus nunc quam unquam obtineri posse videtur. Debet Rex Helvetiis ultra 25. centena millia coronatorum, & unde satis fiat vel millesimæ parti, non suppetit. Ministri Regii ditissimi sunt, ipse Rex pauperrimus. Hæc enim ex Legatis nostris habeo. Quocirca non pauci fore existimant, ut Helvetii ejus fœderi renuncient, nisi intra paucos menses satisfaci-

X x x x 2

ant,